

Q. D. B. V.
DISSERTATIO MEDICA

DE

VERTIGINE.

Hanc
ad normam
ORDINIS ET METHODI MEDICI-
NÆ SPECIALIS ROLFINCIANÆ
COMMENTATORIÆ,

διεγέρει,
conciatism.,

DEITER OPTIMI MAXIMI AUSPICIO,
autoritate & consensu

Gratiosi Senatus Asclepiadei in illustri ad Salam
ACADEMIA,
SUB PRÆSIDIO
VIRI

NOBILISSIMI, EXCELLENTISSIMI,
DN. GVERNERI ROLFINCII,

Philosoph. ac Medic. Doct. Pract. ac Chimiae P. P. me-
ritissimi, Academiæ Senioris gravissimi,


Dn. Patroni, Promotoris, ac Præceptoris permagni, ac filiali
cultu aeternum colendi,

publica ac placide tunc φιλαρεών Αγοράς submittit
ad diem 22. Sept.

horâ, locoque consuetis
MATTHIAS ZACHARIAS PILLING,

PHIFFELBACCENSIS THURINGUS.

JENÆ, Typis JOHANNIS WERTHERI, 1665.



SERENISSIMI AC CELSISSIMI
PRINCIPIS AC DOMINI,

DOMINI

F R I D E R I C I
W I L H E L M I ,

S A X O N I A E , J U L I A C I , C L I V I A E
AC M O N T I U M D U C I S

C O N S I L I A R I O I N T I M O ,
C A N C E L L A R I O E M I N E N T I S S I M O ,
R E D I T U M D I R E C T O R I S U P R E M O ;

G E N E R O S O , M A X I M E S T R E N U O , M A G N I -
F I C O , N O B I L I S S I M O AC C O N S U L -

T I S S I M O

D O M I N O

C O N R A D O

V V O L F G A N G O à Thumvshirn /
D Y N A S T Æ IN Nobis / Ponis
& Lohma /

D O M I N O M E C È N A T I ET EVERGETÆ
OPTUMO, MAXUMO.

A nnus nunc cum dimidio agitur, ex quo,
sub tutissimo Rolfincianæ protectionis
clypeo, pueri cuiusdam, lustri secundi
nondum egressi confinia, affectio verti-
ginosa, privatos inter parietes proposita, metho-
do consultatoriâ à me resolvebatur.

Digna ob utilitatis fulgorem visa materia,
quæ, quantum ingenii facultatumque vires per-
misere, ad methodum commentatoriam exarata,
ulterioribus pagellarum ambagibus ornata in-
cudique subjecta, tanquam primus ingenii adhuc
tterioris flosculus publicam adspiceret lucem.

Quemadmodum verò olim anathemata sa-
cra à barbaris quoque nationibus, imperatori-
bus, ducibus, & magnatibus ad captandam eo-
rum gratiam, benevolentiamque ambiendam
dicata ipfa veterum contestantur monumenta;
ita, non immemor magnorum ac innumerabilis-
um beneficiorum, quibus labascentibus meis
studiis benignissimè suppositum fulcrum, il-
lustri Vestro Nominis sacratas esse volo exiles has-
ce pagellas. Offero non preciosa thuris grana, nec
Arabicæ arboris lacrymas, nec auro argentoque
splendentia dona, sed ex agro sterili, chartas pau-
perculas.

Sublimiora Nominis Vesti splendori debe-
ban-




bantur, at, sicuti Artaxerxes, sceptro ac diademate cum ornaretur, clementissime a vilioris fortis homine sibi utraque manu oblatam a quam excepit: ita accipe quoque, Magne Patrone, inclusum exiguis hisce pagellis, quas ad Magnificentiae Tuæ pedes humilimè depono, gratum animum, & sicuti generosam Vestram Magnificentiam hactenus studiis meis incomparabiliter velificantem exosculatus sum, ita eandem in posterum Mecænatem propitium & Evergetam faventem devotus exopro.

Diu Te Deus, CELSISSIMO PRINCIPI, PATRI
PATRIÆ INDULGENTISSIMO, conserver. Vivas in-
columis, floreas cum nobilissimis virescentibus
Germinibus, cum lectissimâ Conjuge amabilis,
Tuorumque Hæredum virtutum, quæ patriæ de-
bentur solatio, spectator diu supersis.

Generosæ Vestrae Magnif.

humilimus cliens

MATTHIAS ZACHARIAS PILLING,
AUTOR.



CAPUT I

proœmium continet.



Xcelso sceptro & diademate insi-
gnitus Rex ac Imperii Monarcha, populos
luos, gentes, urbesque subditas justitiae,
saniorumque consiliorum moderans
flectit; jura legesque ponit & statuminat,
casque resolvit, adeò, ut quod imperat, o-
mnes impigro studio exsequantur. Hoc
vigente, res tota viget publica, hoc secu-
ram tranquillamque vivente vitam, omnes regni lictores, dulcis-
simum exoptatisimæ pacis exosculantur fructum; tumultibus
contrà ea vel intestinarum seditionum, vel exterorum hostili-
bus irruentium armis afflito, totius imperii stanina fculneis
insistentia columnis, labascunt ac deteruntur.

Caput in sublimi & edito corporis nostri loco colloca-
tum & tanquam in regio solio positum, meritò Regis & Mon-
archæ microcosmici titulum sibi vendicat, cuncta namque,
qua in animato corporis territorio sedes suas figunt, membra
dirigit, illique tanquam principi obsequium præstant, ab hoc
tanquam ab imperatore signa petunt, ad nutum ejus singula
partes sunt intentæ antroporum cum præcipit retrosumque se-
vertunt. Ἀρέρχει δὲ μένον, οὐ καθαλή τὸ λοιπὸ τὸ σώμα-
το, αλλὰ καὶ τοῦ τῆς περιστοῖς, καθάπερ τὸς κυβερνήτης ἀπὸν
αὐτῷ σθιάσας. Non solum caput loco superat corporis, sed
totum etiam, cœu gubernatur reliquum regit.

Tanta hujus eminentia, tanta dignitas, ut hoc in statu se-
cundum naturam vigente, omnes corporis partes vigeant, flo-
rent omnes, languescente contrà morbis, iisque tanto gravi-

A

sibus,

etibus, quanto excelsior hujus eminentia conflictato, omnes languescant, titubent, vacillent.

Apoplexia correpti, nonne ceu victima securim experta violentam, corruunt, & veluti fulmine quodam tacti in terram concidunt? Epilepsia, quam misera facies? quas non creat cruciatus dolor? quanta manie ferocia? qualis & quanta molestia melancholica? Et si solius modo vertiginis turbine Rex hic impetratur, satis superque deploranda est conditio: hæc enim non solum subtilissimam animalis auram in divinam cerebri arce residentem affigit, sed etiam, ne benignissimo suo afflato partes subjectas illustrat, vitalitatemque tribuat, impedit, tamque cerebri oeconomiam, tumultuoso impetu interturbat.

CAPUT II.

nominalem definitionem homonymiā, etymologiā & synonymiā constantem, absolvit.

Vertiginem consideratur, animum advertemus, ad tria illa, que Galenus in fronte primi libri de ratione in acutis text. 3. vocat τὰ θήκαια ἐν τοῖς τέμπαρον, ὡς γηγενεῖς ταρσίεναι, oportuna ad bene medendi rationem, quomodo recte medicari oporteat. ΔΙΑΓΝΩΣΙΣ primum obtinet locum, & quidem una respiciens essentiam: altera signa ejusdem. ΠΡΟΓΝOSΙΣ τὸν ἀποθηκευόντων prænotio futurorum altera classis est. ΘΕΡΑΠΕΙΑ tertiam stationem obtinet.

IN ΔΙΑΓΝΩΣΕΙ, respiciente essentiam & idem duplex necessaria est definitio, una nominalis, altera realis.

N O M I N A L I S est λόγος ἐγμῆνος τοῦ ὀνόματος, nominis interpres sermo. Hunc tanti fecit Galenus, ut necessarium judicaret, τὴν πάντας ἔντονέν τοις λόγον μεταλαμβάνεις τὸν νομον, in omnibus, de quibus queritur, ad rationem adserere ipsum nomen.

Cura nominum consistit in tribus: ἐρωνυμίᾳ, συνωνυμίᾳ, επωνομογνασίᾳ, η παρωνυμίᾳ.

AQUI-

A Q U I V O C U M vocabulum est vertigo, sub nominis similitudine & vocis unitate, plures res notans & definiens. Competit vorticibus aquarum & rotarum, aëris etiam turbini, quo omnia in gyrum volvi videntur.

S T R O N T I M A plurima adsunt. Δίνος & σκοτόδινος diversos gradus notant. Cum simpliciter caput τοῦ φρέσος φαραγγεώς circumagi videretur, appellatur δίνος, cum junguntur tenebrae, σκοτόδινος καὶ σκοτομαλικὸν πάθος. CADUCUM dicitur, cum hæc correpti, non tantum falsum rotationis motum sibi imaginantur, tenebrarumque pavore corripiuntur, sed vel vacillando stant, vel planè sicuti à fulmine percussi cadunt. Ἰλισσον Hipp. apb. 17. lib. 3. vocat δύο τὰ εἴλεσι, quod idem est ac volvere, circumvolvere; Latinis vertigo dicitur: Helmontio virus rotans, & venenum inebriatum Germanis der Schwindel.

ΕΤΕΤΤΜΟΛΟΓΗΤΟΝ est vocabulum. Δίνος dicitur ab aquarum vortice seu gurgite, qui græcè δίνη dicitur: σκοτόδινος δύο τὰ σκότος à tenebris. Ιλισσος dicitur à circumvolvendo; adeoque recte refertur inter res præter naturam, quæ à symptome nomen acceperunt.

CAPUT III

realem explicat definitionem.

Οὐ δὲ ὁρισμὸς τῆς δίνης σοιδὸς μεγάλην ἔχει ποτὶ πρᾶς τὰ ἐπόμφα τὰ δίνει. Essentiam notans definitio vertiginis, magnam habet vim ad consequentia explicanda. Est γὰρ οὐ δὲ ὁρισμὸς τῆς δίνης γνωριμός. definitio enim est quasi fundamentum, & principium, immo quasi dux viæ, quâ paucis verbis ejus natura explanatur, certisque quasi limitibus ab aliis discernitur. TALIS est quæ sequitur.

V E R T I G O est præva imaginatio apparentis circumrotationis capitis & objectorum, modò simplex modò tenebrosa & caduca, pendens ab inordinato spirituum animalium in cerebro motu.

A 2 Defini-

Définitio hæc, cum constet formâ, materia seu subjecto,
& causâ, **PERFECTA** est, complectitur enim definitiones im-
perfectas duas: essentialē & causalem, positiue terminorum
solum à vera demonstratione differt. Hæc ordine explananda.

FORMA ad tertium rerum præternaturalium classem, ad
symptomata scilicet optimè referri potest.

Symptomata cùm sint trium generum, actionum scilicet
læsorum, qualitatum mutatarum, excretorum & retentorum, ad
actiones læsas, non quidem naturales, nec vitales, sed animales
vertiginem pertinere, ipsius affectus natura demonstrat. Porro
actiones animales, iterum sunt triples, aliæ ad motum, aliæ ad
sensum, aliæ ad principes faciunt. Principes iterum, in imagi-
nationem, memoriam & ratiocinationem dividuntur. Ex prin-
cipibus facultatibus imaginationem, eamque nec ablativè, nec
imminutivè, sed depravatè læsam adstruisimus. Hoc confirmat
Galenus 4. de viet. rat. in acut. t. 42. *Διγόνης ἐστὶ δέοντος οὐκα-
λη τελεόδοτας φαντασίας.* Aegroti namque, non tam ca-
put totumque corpus, quam cetera visus objecta moveri, falso
sibi imaginantur, omnia enim vel fixa & immobilia in suo loco
persistunt, vel non eodem modo, quo ea moveri phantasia con-
cepit, moventur, objectis namque videtur inesse, quod sensorio-
ne est, non aliter, ac si lingua bire perfusa, aut si naribus malè o-
tentibus repletis, omnia vel male orentia, vel amara judicentur.

Imaginatio non laborat per propriam & essentialē læ-
sionem, non enim ejus actus proprius circā objecta pervertitur,
quemadmodum in phrenite, ut appositi loquitur *Ludovicus
Mercatus lib. 1. de interior. affectionum curatione cap. 1.* sed per
consensum, motis scilicet spiritibus animalibus, quapropter
nec delirium prava hæc imaginatio appellanda, non enim lædi-
tur compositio & divisio, circā objecta, sed hic phantasie error
corrigitur à superiore facultate. Nec etiam sequitur, adeo de-
pravatio imaginationis. Eadem delirium, imaginatio enim
tantum circā simplicem rerum comprehensionem versatur:

Imaginatio interdum laborat sola, ut in simplici vertigi-
ne, interdum ceterorum sensuum, & quidem vel ablativè, vel
diminutivè, vel depravativè læsio simul accedit.

SEN.

SENSUS COMMUNIS simul laborat, cùm ab externâ
occasione vertigo ortum ducit, hic enim sensus, ad recipienda
sentium exterorum objecta, spiritibus utitur, qui spiritus, si
circulariter moveantur, non potest non fieri, quin & objecta
sic recipiantur. Sic enim nobilissimus Dnn. Preses, Patronus ac
promotor æternum devenerandus, in methodo cognoscendi & cu-
randi affectus capituli particulares, disputatione secundâ scribit.
Ita res quiescentes noveri videntur, si spiritus animalis visoriis
qui speciem receperam deférunt, ad sensum communem, non
recto, sed inordinato tramite agitantur, & perturbentur.

VISUS in vehementiori plane amittitur, interdum se-
luhmodo immiquitur, aut depravatur. Harum læsionum o-
mnium mentionem fecit *Hercul. Saxon. prælectionum practi-
car. cap. 2.* *Caius aurelianuſ, lib. 1. chronicor. cap. 2. ante occi-
sionem magistrorum, sentient marmorum maculis similis stractus.*

VISUS quoque affici, testes sunt tinnitus & mur-
men, quod a dantibus cum strepitu fluminis, auribus insonan-
tia, ac sequitur *Aretanus lib. 1. de causis & signis diurnorum*
cap. 3.

OLFACIUM & gustum interdum lædi, non solum expe-
riencia, sed etiam autoritas Galeni certum reddit. Ita enim
lib. 3 de locis aff. cap. 8. ex Archigene scribit. *Ubi ex primariâ
cerebri affectione obtenebratio dependet, aurium sonitus, item ol-
factus, vel alterius cuiusdam sensus, inde prodeuntis oblesio seque-
tur.*

MOTUS tandem, cùm, ut scribit *Aristoteles lib.
περὶ τῆς τοῦ ζωῶν κινήσεως*, ab imaginatione reguletur inces-
sus, non potest non fieri, quin lædatur, omnia enim cum rotari
aegrotis videantur, non habent, quo pedem figere possint. Ad
hanc motus impotentiam quoque faciunt spiritus animales, ve-
hementer in circulum moti, quod magis enim & velocius mo-
ventur, eo etiam pauciores influunt, non aliter, ac aqua in phia-
la exiguo foramine pertusa, circumgyrata non effluit, sed fo-
ramen præterlabitur.

Ex his apparet, principes in vertigine lædi actiones, & mi-
nus principes. Imaginatio principaliter, sensus & motus per ac-
cidens læduntur.

A 2

Cap.

subjectum explanat.

Cum omnis affectus p. n. sit accidens, nullum autem accidens absque subjecto possit esse, merito, secundo loco, subjectum attendendum. Id autem duplex statuitur, **QUOD & QUO**

SUBJECTUM QUOD EST, quo sumto in casu recto, aut modo æquipollente, tribuitur id, cuius subjectum esse dicitur, & hic est totus homo, homo enim laborat vertigine, subiectur hic cui inest, & prædicatur quod inest, prædicatio itaque est merè naturalis, sive directa, locum tamen quoque habet prædicatio indirecta, quam *Zabarella* appellat innaturalem: qui vertigine laborat homo est. Objiciat aliquis, passiones esse singularium, non universalium, &c. hoc verum est de passionibus, quatenus in sensu composito, sive concretivè sumuntur non abstractivè, vel ut *excellentissimus Praeses, in ordine & methodo medicina specialis commentoria scribit*: axioma hoc verum est, de actionibus & passionibus, ut in ipsâ re sunt, exercentur, aut à singularibus suscipiuntur, non verò ut cadunt subscriptam.

Homo constat animâ & corpore; Anima & quidem rationalis est *án̄tæd̄hs*. O dè v̄s, inquit *Aristoteles lib. 3. de animâ, ἀν̄v̄n̄θ̄, οὐαλ̄δ̄ιωθ̄, αὐλ̄θ̄, αύγ̄θ̄*, tantummodo, secundum actis secundos & operationes corpori compatitur, & quidem in vertigine, secundum sensum internum principem quendam, phantasiam scilicet.

SUBJECTUM QUO est corpus; est enim id cui sumto in casu auferendi aliquo, seu ablativo, aut loquutione æquipollente, annexitur verbum, notans id, cuius subjectum esse dicitur.

Cum autem partes sint triplices, secundum Hipp. τὰ ἰχθύα, τὰ ὀνοματά, secundum Alexandrum σέσα, σύρη, καὶ πολυματώδη, continentes, contente, & impetum facientes, vel *solida humida & spirituosa*. Partem in hac affectione

contingit

continentem seu solidam pro subjecto, remoto quidem totum caput, quod ipsum innuit *Galenus 3. aph. 23. proximo verò ipsius cerebrum ponimus*. Partes solidæ sunt vel similares vel dissimilares. Cerebrum interdum laborat ut pars similaris, sub temperie & calido nativo perfusa, semper tamen afficitur, quatenus certis poris & meatibus præditum est. In simplici & nebricosâ vertigine, caput secundum anteriores, seu superiores ventriculos & meatis, ut pluribus probat *Ludovicus Mercatus, de intern. morbor. curatione, cap. 9.* afficitur, magis verò inferiores seu posteriores in caducâ laborant, ibi enim impediunt spiritus, ne principium spinalis medullæ ingredi possint. Per poros invisibilis & occultos ipsius substantiæ medullaris meatus quoque interdum hinc inde agitantur, atque huic malo causam dare censemur.

Non cerebrum, sed ipsorum oculorum substantiam propriam, pro subjecto agnoscent, *Petrus Johannes Faber, & alii. Sed non semper hoc verum esse n̄ certu m̄us*, probant ii, qui oculis clausis hâc corripiuntur calamitate.

Cartesiani accusare possunt in vertigine glandulam pinealem, in quâ volunt animam suas functiones specialiùs, quam in aliis partibus cerebri & corde exercere: suspensa enim est supra canalem, per quem spiritus cavitatum cerebri, communicationem cum spiritibus posterioris, ut minimi motus, qui in illa sunt, multum possunt ad mutandum cursum horum spirituum.

Cerebrum interdum per *ἰδίωτιθεῖας*, interdum per *αὐτάρθειας* afficitur, Id *Galenus 3. de loc. aff. c. 8.* his innuit verbis: oritur interdum cerebro primogenio affectu laborante, interdum cum ore ventriculi consentit, Per *ἰδίωτιθεῖας* afficitur, cum in ipso cerebra est dispositio, & quidem permanens, quæ à nullâ aliâ pendet parte: Per consensum vero, cum non permanentem habet dispositionem, licet ab affectu non penitus sit liberum, sed ab aliâ parte, & cum aliâ afficitur. Sic observavit *Hieron. Mercurialis Petrum Andlerum juniorem, senatorem Harnbergensem* semper cum vertigine corriperetur, è ventriculo manifestissimè ascendentibus vapores sensisse. Affec-

ctus

Et si hic qui cerebrum per idem organum afficit, iterum dupliciter considerari potest, vel *περιοπτικῶς*, cum a cerebro primario affecto incipit, ita, ut nulla alia pars antea fuerit affecta, vel *διαπερτικῶς*, cum alia pars e. g. mesenterium, ventriculus sien &c. laborat, ipsumque cerebrum tam diu afficit, donec propriam quandam dispositionem p. n. acquirat.

CAPUT V

in causarum, immediatae, & mediatae, secundum essentiae modum consideratae, notitiam nos deducit.

CAUSARUM cognitione non instructus, sicuti Palladis portas neceperire, nec ingredi, ita multò minus ad regium vixias solium accedere potest. Harum cognitio magna habita est ab Aristotle. Εἰδένας δὲ τοῖς περιπτεροῖς οἰόμεθα ἔναστος, πεντὸς λάβωμέν τὸ Διὸς τὸν, inquit i. phys. c. 3. t. 27. τὸ δὲ τὸ λαβεῖν τὴν περιπτερην αἵτια. Scire non prius opinamur unumquodque, quam acceperimus, propter quid unumquodque. Necessario igitur ad tertium definitionis membrum accessus faciendus.

Quemadmodum autem, non eadem & una est causarum differentia, ita in omnes causas inquirere nostrum erit.

IMMEDIATA CAUSA est *περιπτερο* spirituum animalium motus, teste Galeno lib. 3. de loc. aff. cap. 8. cum enim species objectorum visibilium recipiantur per spiritus, spiritibus motis, necessarium est taliusmodi species receptas quoque moveri: nam idem est, ut scribit Avicenna, sive moveatur id quod videtur, sive id quo videmus, nam si species receptae moventur, etiam objecta, ex quibus emanarunt species, moveri necessarium erit, non enim soluta colorum, sed & reliquorum sensibilium, ut motus & quietis species, visione recipiuntur. Non autem solum recipiuntur, sed impressiones & vestigia retinentur, licet absint res, attamen rerum simulachra manent impressa ac servantur.

vantur, hinc quoque fit, ut oculis clausis talis circumnotatio obiectorum appareat.

MEDIATA & quidem proxima causa considerata secunda dum ESSENTIAM non est materia corpulenta, sed *πνεῦμα* *έλλογειον Φυσιδες*, *αέριδες*, *spiritus sylvestris flatulentus*. Vertigines, inquit Galen. aphor. 3. comm. 31. accidente propter spiritum vaporosum, Ο 4. de ratione virtutis acutorum t. 42. vertigo fit ob flatuosi spiritus inordinatam motionem. Vapores hi cum in cerebri meatibus inordinatè circulariter moventur, spiritus animales quoque ad hunc motum invitant.

Chimicorum & Pancreaticarum, qui omnes causas, tum sanitatis, tum morborum, principiis suis staticis utilibus, sali scilicet, sulphuri & mercurio, ut quorum conjunctione omne conflatur corpus & omnis nititur substantis, ascribunt, audienda nunc sententia.

MERCURIUS primum utile principium, cui inutile istud adjungi solet, vertiginem excitat, cum naturæ limites exceedit & pneumosus evadit.

SULPHUR vertigini faciem accedit, dum immoderatus luxuriat, & spiritus resinosis fuliginosos & unctuosos ad caput & oculos mittit. Ita Josephus Quercetanus etenim effectuum capit. pag. 124. ejusmodi vapores aut halitus, qui vertiginem induunt, ex resinosis aut sulphureis in ventriculo aliisque viscere contentis, aut ex unctuoso magisque sulphureâ sanguinis substantiâ promanare scribit.

SALTUM *μήλεως πρόπτω* recedens, & viscosa sulphuris dulcedine nectaraque Mercurii irrigatione susque deque habitis, proportionales confederationis violans leges, λειτουργία turbat universam, & opportunam noctum matricem in cerebro spiritus agitat.

TARTARUM resolutum & pinguiorem cum sulphurea substantiâ permixtum, accusat Josephus Quercetanus.

Petrus Johannes Faber cap. 5. de vertigine ad alimentum corruptum, quod in partis substantiam transmutari nequit, refert, contrà hoc excrementum dum archeus agit, cum turbari, atque exinde tales fieri motum, scribit.

Helmontius, omnes has jam enumeratas negligens causas,

tantum quæ nobis vel naturaliter accidunt, vel præternaturaliter, a cori suo tribuit, qui vel non justâ bilis quantitate temperatur, vel alio modô vitiatur. Unde lib. duumviratus t. 19. ab infra, citra vaporem, per solum actionis regimen, caput stomacho auctulare dicit.

Graffius in tractatu de succo pancreatico, eidem, si justo modô sese non habeat, plurimorum morborum causas adscribit. Vertiginis quoque mentionem facit.

CAPUT VI

mediatam causam secundum essentiæ modum considerat.

PEccant vapores turbinosi & turbulenti quantitate, qualitate manifestâ, interdum occultâ, & motu.

IN DETERMINATO GENERE, corporeæ molis ratione, symptomata hoc excitant vapores, cum MULTI sunt, & QUALITATE peccant calidâ, penetrabili, sicque tenues sunt. Peccant etiam hic crassi. In levibus nugis deliciatur Helmont, cuncti negat vaporem dari crassum.

INDIFFERENTER eosdem vapores MODIFICANT seu in actu secundo constituunt, quantitas, & motus generationis seu collectionis.

QVANTITAS & efficacia, respectu actionis & resistentiæ consideratur, quum ita sunt comparati, ut à naturâ vinci & debellari nequeant, eisque spiritus animales justam adhuc habentes resistere haud valeant.

MOTUS GENERATIONIS ET CONGESTIONIS est interdum IN IPSO CEREBRO, QVIESCENTE ibidem humore collecto per ovatæ corporum, spesou regi algeorū, essentialem ob partis debilitatem, sicque diuinau memorijs lacrimam facultatem ab intemperie, non quidem immateriali, sed tali, quæ humores in vapores vertere potest, seu quæ fatus generalis. Quamdiu humor hic est ex sanguine & in mæandris substantiæ, vel vasis cerebri quiescit, nihil mali, cum verò atomi ejus algeorū, spesou regi, & spesou dñi misericordie recedunt, subsequentes.

p̄vōd

p̄vōd h̄ḡdēp̄n concitantur, in fatus resolvitur, & ex ductibus majoribus in minores, ex quo his in minimos egreditur, nec à sanguinum crassis meningis propaginibus & venarum apicibus recessum, fit quedam quasi sedatio, & spiritus animales sursum deorsum feruntur.

EXTRA CEREBRUM vaporum fomes sèpè later.

I. IN TOTO CORPORE, i. e. πληθωρή καλεσθήσον δέρομη utrāque, TUM SIMPLICITER TALI, in quâ σποτίμως κατά δεκατιανά αναλογίας dienjōtōn ἀπεντες χυμοι, aquiliter, veteri servata proportione, omnes excedunt succi: TUM MINUS EXQVISITA, in quâ τὸ αἷμα μόνον παραπόλλων ἔχει επεξιόν, τὸ δὲ αἷμα σδετο, in quâ solus sanguis multam habet eminentiam, reliquorum humorum nullus, aut cum sanguine cæterorum aliquis, quo in casu, μέσης διάθησις, bilioſa, pituitosa, melancholica, ſerofa appellari solet. Si dentur hæ plethora in rerum naturâ, ab iis vapores generari possunt. Eadem ratio plethoræ κατὰ δύγγεα καὶ τὸ ἔγχυμα, ή περιδιάσιμη, ad vasa vel ad vires. 2. Κακοχυμα, seu τὸ καταπότητα ποιότητα ποιηθεὸν χυμῶν abundantia extra locum affectum, in totô corpore, etiam generare & producere potest hos vapores.

II. IN CERTA PARTE extrâ locum affectum latere potest causa vaporum horura, si vetustati habenda fides, & circulationis potestas limitetur. Sic observatae vertigines commotâ aurâ quâdam cum sanguine in hypochondriô finistrô vel dextrô, mesenteriô, vel pancreatico succo commotâ, de cuius sapore licet variæ sint ſentientiæ, conciliari tamen illæ facile queunt. Vise virgines, fomitem habuisse in pollice pedis, & justis pardoxymis interpolatis, interdum bidui, interdum tridui ſpacio rediſſe.

CAPUT VII

ostendit modum, quo motus localis vaporum extra cerebrum generatorm vertiginem excitet.

Modi in qualibet fluxione considerandi hic habent locum,

PARS MITTENS est vel totum corpus, vel determinatae partes antè enumeratae. *Baldassar Timaeus à Gysdenflee/ quendam, nomine Georgium Cyriacum, judicii provincialis in Neomarchiā præsidem, absque ullâ sensione partis alicujus laborantis incidisse in vertiginem, solō ventriculō affectō, refert.*

RECIPIENS PARS est cerebrum, quod vel per se imbecille, ob naturalem, vel ob morbosam constitutionem.

VIAE sunt arteriae. *Ἄρετος confertim & cum impetu fervunt cum sanguine flatus ex majoribus in minores, ex minoribus in minimas cerebri porositates. E ventriculō per oesophagum interdum quoque ascendunt cerebrumque petunt taliusmodi flatus.* **CIRCULATIONEM LYMPHÆ & spirituum animalium qui admittunt, huc etiam oculos reflectere possunt.**

MODUS, quo hi vapores ad cerebrum mittuntur cum sanguine, est vel tractio, vel pulsio, in quibus vis efficiendi, & opportunitas recipiendi attendenda.

PULSIO locum habet in parte mittente, vis hanc efficiendi, est robur partis.

TRACTIO adscribitur parti recipienti. Opportunitas recipiendi autem adest, cum cerebrum sit imbecille. Imbecillitas est vel ab ortu, estque hæreditaria & congenita vel adscititia. Substantia rara & porosa ad recipientes vapores aptum reddit. Trahit cerebrum, vel propter intemperiem, vel dolorem. Inclinatio vaporum, quæ sphæricam amat regionem, huc quoque referenda.

CAPUT VIII

Causas remotiores, supernaturales, & naturales explicat.

SUPERNATURALIS, Deus dator omnis boni, percutit quidem, sed iterum sanat, & hoc in probationem suorum.

NATURALES dispositiones capitis & cerebri, nempe temperamentum calidum & humidum, item frigidum & humidum ad vertiginem disponunt: calidum, quia humores attenuat & in vapores dissolvit: frigidum, quia humores cumu-

lat,

lat, caloremque debilitat: ut enim reliquæ causæ agant, caput ipsum imbecille sit necessarium est.

MODUS SUBSTANTIAE cerebri & spirituum facilè huic malo foras aperire potest: cerebrum enim si secundum poros rectè se se non habeat, facile vapores recipit, & spiritus, si luciditatem & perspicuitatem amittunt, turbantur.

HABITUS CORPORIS DENSUS, fuliginosa excremen-
ta non transmittens, SUTURARUM QVE DEFECTUS non mi-
nimūm ad vertiginem producendam conferunt.

HÆREDITARIA DISPOSITIO suum addit *διαδίδων μέρος*, sèpè enim vitium hoc vel per contagium seminale, Harvejanum, vel per sanguinem maternum communicari potest, & quamplurimum nati citius paternorum malorum, quæ honorum frunt hæredes.

STATI cuique ut proprii morbi, ita & hæc affectio non omnes indifferenter corripit. *Senes, parùm calidi nativi cum habeant, plurima autem excrementa generent, facilè vertiginem incurront.* Hoc affirmit *divinus Senex, quando 3. apor. 31.* scribit: *τότε δὲ πεσεύτησι οὐλύσοτ.*

ANNI CLIMACTERICI magni hostilem insultum experitus nuper est sacrae rei quidam antistes, qui totò vita curriculō bonâ valetudine usus, eo ingruente hemicranicus vivit, & per crebra intervalla vertiginosus.

CAPUT IX.

Sex res non naturales ver- tiginis causæ.

NON NATURALES inter causas, quæ quidem suo martē vix eam inducere valent, sed tūm demum, cùm in corpus, morbosam *τοξικότητα* habens, incidunt, & ad sex classes referri solent, prius locum occupat **AER**, *μέρος εἰς ἄποι τὴν ορυκτηράτων διαδῆσης, maximi in omnibus symptomatibus valens, utpote cui ἀδυνάτῳ μὴ τολμοῖται, qui necessario nos alterat.* Qualitatibus primis, caliditate, quæ humores fundit, fri-

gidditate, quæ calorem nativum obtundit. Alterat autem ceras-
brum dupliciti modo, εἰσαντὸν καὶ ἀποχύων. Craniī cavitatem
quoque ingreditur per ossis cribrosi foramina.

VENTIS alteratus aëris hoc spectat. Νότοις γδὲ Διέλυσος
ἡ σώματά καὶ καρυβαρίαν ποιεῖσθαι καὶ ἀλλάξει, scribit Hippoc.

ANNI TEMPORA disponunt. Hyems ex mente Hipp. 3.
apb. 23. vertiginis fera, transpiratione namque per astrictionem
pororum cutis prohibita, humores augentur, calor quem na-
tivus debilis redditur. Nec vernum aut autumnale tempus
excludendum. Vernum quidem, quod ex hyeme aliquid parti-
cipet; autumnale propter anomaliam.

COELESTIUM configurationum INFLUENTIAE vultus
microcosmi mutant, & aërem ad vertiginem producendam
disponunt: sic δ. in domo ξ. à B. laſa, it. ξ. in γ. à B. laſus
vertigines, ex observatione multorum Astrologorum inducit.

PROSPECTUS EX ALTO, quia spiritus exterrere dif-
funduntur & turbantur, hoc referri potest. Ηλιοῦ διοί, inquit
Theophrastus de vertigine, ὃ καὶ τὰ νύφλα, καὶ τὰ μεγάλα, καὶ
δοτόρα δύο θέλεποντες Διέλυσον μακρῷ δότοντο μήδη
στέρεος καὶ περιδινεος τὴν ἔψιν, τειρόδην ὃς έπως, καὶ πιν-
μήδην παρεῖταιν καὶ πινέαν τὰ ἐγέρσι. Praterea qui res altas aut
magnas aut abruptas spectant, vertigine tentantur, quia affe-
ctum in longum extentum quassari & fibrari contingit: sic au-
tem quassatum & commotum, eorum quæ intrò sunt pertur-
bationem afferre. Aspectus rei circulariter vel violenter mo-
ta, quod species recepta spiritus itidem inquinare potest, oc-
casione quoque præbet. Ita idem Theophrastus eodem in lo-
co: καὶ ὅψις αὐτῆς ἡρεμᾶσσον τοῖς θέσοις, καὶ συνεχῆς δοα τα-
ῦκεφάλῳ ποιεῖ τινα κίνησιν καὶ ἐτέρους ταραχῆς. Aspectus et-
iam in ipsis qui currunt conjectus, unusque ac continuus, in cere-
bro motum quendam alienum excitat.

MOTUS CORPORIS, imprimis circularis, spiritus quo-
que inquinat. De motu notabilis exemplum habet Forestus li-
bro 10. obs. 49. Juvenis, si curru veheretur, semper vertigine
corripiebatur. Nota est reverendi cuiusdam pastoris uxor,

quæ,

quæ, si curru vehatur, statim vertiginem conjunctam cum vo-
mitibus acerrimis incurrit.

QVIES, sicuti omnium virium restauratrix, ita eadem, si
modus excedatur, déjicit, humores cumulat, caloremque extin-
guit. Situm conturbunt, nō moveantur aque.

SOMNUS beneficia multa dispensat, si is sit moderatus,
justoque tempore instituatur: econtra corpus hebes & caco-
chymicum reddit, multisque humiditatibus replet. Imprimis
nocet vertiginosis ὁ ὄπνιξ ἀμφημετρός καὶ δεῖπνον, somnus
meridianus statim post prandium institutus. Hujus rei testis est
pueri cuiusdam affectio, in collegio consultatorio privato, sub Pra-
dio Roflinciano à me proposita. Nēmpe desubito post somnum
meridianum vertigine corripiebatur.

VIGILIÆ nimis cacoquynicos humores movent, conco-
ctionenique turbando cruditatem inducent, unde facile vapo-
res sylvestres excitari possunt.

IN CIBO ET POTU, iisque que assumuntur, peccatur
quantitate, qualitate, substantiā, tempore, & utendi modo.

QUALITATE cibus ad vertiginem confert, si nimis sic
calidus vel frigidus, vel flatulentus. Cruditates patiunt κυσ-
τῶδεις ή ὥξωδεις nidōrosas vel acidas. A raphano comestio,
Bernardus Fridericus restarius, in capitib; dolorem & verti-
ginem incidit.

IN QVANTITATE, & quidem continua excedente, con-
tingit lapsus, si cibus assumatur, à facultate concoctrice qui fa-
tis alterari non potest, sed calorem nativum obtundit, unde to-
tum corpus cruditatibus repletur. In quantitate discretā pec-
catur, si variis cibi contrariis qualitatibus prædicti apponantur.
Η ποικιλότης saturatae ingluviei, valetudini infensa est & vita.
In quantitate imminentia seu inediā peccare quoque possunt: si
quidem calor, quando non habet, in quod agere possit, humores
exrementios aggreditur, qui cum in substantiam partis verti-
non possint, in flatus abeunt.

SUBSTANTIA si difficilis coctionis, cruditates cumulat
nidōrulas. Lactis creber ulus vaporosos halitus emittit.

TEM-

TEMPORE incommodo sīn assumantur, hodiē scilicet horā decimā, eras priūmā, nulla securitas.

UTENDI IN MODO, si priori non concocto, aliis ingeneratur, periculum.

Eunat̄ias alia ratione peccatur. Noti sunt, qui nisi horis matutinis nonā vel octavā ἀκρατοῦμεν jentaculo utantur, & juscum sumant, vertiginosi fiunt. Ita *Cous* τῷ δέχασίς ἡγετούσι: εἰ δέ τινα μεμαθηκός τις ηγετός αὐτῶν ξυμφέρειν, μὴ δε σίση, ὅταν ταχιστα παρέλθῃ η ὥρῃ, ἐνθὺς ἀδιωκομένοις, οὐδὲν. Si quis prandere consuetus, atque cui prandere conductus, non prandeat, protinus, ubi tempus praeerit, statim gravis impotensia exoritur, tremor, tenebrisca vertigo. *Platerus lib. 1. observ.* & *Montanus* confilio 38. similes annotarunt historias.

In his quoque POTUS peccat, præprimis autem in quantitate excedente, cujus rei testes se sistunt, qui in *xυπελλοραχίᾳ* & *poculorum certamine* se nimis impleverunt vino, nec enim itare, nec ambulare possunt, sed omnia in gyrum verti videntur.

MEDICAMENTA imprimis purgantia, intempestivè exhibita, quæ alias sanī, judiciō *Hippocrat.* 2. apb. 37. difficulter ferunt, vertiginem excitare possunt. In praxi aliquando obseruavimus, scribit *Forestus* lib. 10. observat. 43. à medicamentis per empiricos exhibitis purgantibus vehementioribus vertiginem fecutam. Notus est, vilioris sortis homo, qui cum Buditadii, ab empirico quodam, pulvarem purgantem antimoniam emisisset, mox doloribus ventris corripiebatur, sequebantur vomitus & dejectiones acerrimæ, tandem etiam vertigo tenebrisca δυσμάχη θεον ingens, ita ut nec stare nec sedere posset, eum exceptit, à quibus symptomatibus aliquot dierum spacio vix liberari potuit.

VENENA quædam, singulari proprietate vertiginem induere scribit *Ludovicus Mercurius*.

EXCRETA ET RETENTA hīc quoque tangenda. ALVUS si non respondeat officio, caput gravatur, inferioribus enim viis præclusis, vapores caput petunt. Η κοιλίης ναρκωσις, η τῶν ἀλλων ξύγχυσις, η τῶν αὐτέων αἰσχυλοῖς, teste Hipp. 6. epidem. *Hieronymus Mercurialis* tom. I. conjunct. 107. de excrementis reten-

retentis talia refert. Nihil est, quod perinde caput afficiat, & subinde vertiginosis affectibus occasionem præbeat, ac feces intestinis diu retentæ.

Ex SALSO LIXIVIOSO, quod est bilis, & acido, quod est liquor pancreaticus, incessibili motu in intestina qui excerni debet, in sanguinem massâ resistente, ut plurimi alii inimicin-sultus, ita etiam vertiginosi oriri queant.

KATA MHNÍΩΝ μὴ γινομένων ἐξ υστέρης ιλαγον. Menstrua recenta sicuti multos morbos, ita etiam vertiginem excitat, posse, quotidiana confirmat experientia.

ΔΙΑΦΟΡΗΣΙΣ καὶ ΔΙΟΤΡΗΣΙΣ impedita, serorum laticum, qui in vapores facilè resolvi possunt, copiam foveat.

INDICTA abire non debet EVACUATIO PARTICULARIS, per os & nares suppressa. Si sanguis per arterias carotidas cerebrum ingressurus, non depuretur in membranā fungosā & glandulosā narium, palati, & faucium, & per salivales ductus, impudior ille sanguis vitalis cerebro communicatus, spiritibus animalibus maculam affricare potest. Crebrior sternutatio, ptarmico excitata, ostenduanam excitavit vertiginem.

HÆMORRHOIDUM consuetus fluxus suppressus, in vi-
to XXX. annorum, ιλιστόλις Αἰρέσιον excitavit.

NIMIÆ EVACUATIONES sanguinis, per uterum, nares aut venæctionem, multūm hoc faciunt.

VENUS, verticordia & verticerebria immoderata, sic ut totum corpus exhaustit, spiritus debilitat, atque multorum morborum causa existit, ita non raro vertiginem inducit. *Forestus* lib. 10. obf. 43. refert, quosdam ex immodecā vene re inanitos, & in aere calido subito versantes, in vertiginem incidisse. Idem de pharmacopolā testatur *Mercurialis* tomo II. consult. 3.

ANIMI PATHEMATA imprimis ira ὀλόχληση perfecta, quæ tamen non erumpit & emicat, sed supprimitur, spiritus accedit, humores agitat, & totius corporis œconomiam turbat.

COGITATIONES profundæ, & studiorum continuatio statim post cibum, cerebrum debilitant, ut sàpè easdem gravis cerebri imbecillitas sequatur. C CA.

CAPUT X res præter naturam, quatenus hujus mali caufæ existunt, aggrēditur.

LAESIO capitis per concussionem seu ictum, spiritus turbat atque commovet. Hipp. 5. epidem. refert virginem Nerei, ab amicâ manu percussam, statim in vertiginem incidisse. Fracturam cranii sèpissimè hoc malum sequitur, teste Avicennâ lib. 3. canonis fen. 1. trit. 5. cap. 1. item Eginetâ lib. 3. cap. 123. Ex illapso in verticem pondere, absque vulnere, cibem Ottenburgicum in vertiginem incidisse, refert Smetius miscell. lib. 10. Obstructio valorum cerebri, cum spiritus animales naturæ consentaneum influxum refluxumque non obtinent, facile ad hunc disponit affectum, teste Platero tom. 1. practice. Catarrii huc quoque referendi. Alexander Balbinus, apud Forestum lib. 10. observ. 45. præprimis hyeme, & tempore pluviali, cum catarris vexabatur, conquestus est de vertigine. Hypochondriaca passio, silvestres ad caput transmittit vapores, qui cerebri oconomiam turbare, spiritusque agitare possunt, id quod multorum ægrotantium attestatione verificatur. A calculo comimoto, vertiginem, Gøtobredus Mæbias, Medicina Doctor, ejusdemque Prof. Publ. olim longè celeberrimus, in epitom. inst. medicarum, pag. 257. observavit. A vaporibus calidis in febribus ascendentibus ortæ vertiginis, meminit Hipp. 4. de rat. visit. aen. test. 43.

CAPUT XI

differentias proponit.

GENERIS, quod formæ loco pónitur, ratione, vertigo, alia est simplex, ubi res externæ, quæ visui objiciuntur, rotari tantum videntur, alia conjuncta cum tenebrisca visione, alia tandem caduca. Recens quedam, quedam inveterata. Alia magna, alia remissa.

SUB

SUBJECTI ratione, alia est per consensum, alia per effectionem.

CAUSÆ EFFICIENTIS respectu, totuplex est, quatuor causa.

CAPUT XII

signa aggreditur dia- gnostica.

Οἱ ἀετοὶ γῆς ἀετοὶ ἔργον δια. Tralliani verba sunt l. 8. cap. 9. Melius cognoscens, melius curat. Attendenda itaque signa cognoscitiva.

IMMINENTIS, quæ quidem, non aliter, quam sicuti herbae è radice jam propullentes, difficilioris sunt cognitionis, penitus tamen cognitu impossibilia non sunt, si modò attendantur, ut signa.

ILLA, quæ secundum NATURAM in nobis sunt, res scilicet naturales & nonnaturales, quatenus ad vertiginem disponere possunt.

ILLA, quæ à naturali statu deflectunt, nondum tamen sufficiunt movere; & sunt tinnitus aurium, capitis gravitas, sensuum torpor &c, etiam imminere notant.

PRÆSENTIS, secundum IDEAM & FORMALEM RATIONEM seu GENUS, signa sunt primò: τὰς ἀνάγκας καὶ τὸν τῆς σοίας λόγον, essentialiter inherentia. Ην δὲ ψόφος ταῖς ὄψις καὶ ηγήδινος αἰμός τὴν υεφαλινὴν ἐλάσσην. Si tenebra oculis offendatur, & caput turbinis in modum circumduci videatur, casusque in terram adsit periculum, nemo hæsitare debet, adesse vertiginem.

ΤΑῦτα ἀνάγκης ἐπομένα ex necessitate consequentia seu postessentialia, sunt symptomata concurrentia, visus & auditus læsio.

CAUSÆ EFFICIENTES PROXIMORES, flatum scilicet in corpore, item humorum, qui facile in fatus verti possunt, presentia.

C. 2

RE-

REMOTIORES res naturales conformes, nonnaturales
& præternaturales hunc affectum significare possunt.

SIMILITUDO, comparatione factâ cum aliis, judicium
ferre docet symptomata præsens tale esse, quale in hoc vel illo æ-
gro, antea viso; qui à medicis habebatur pro vertiginosô.

CAPUT XIII

magnitudinis & temporum vertiginis indicia.

Magnanum vertiginem; quæ σφοδρέστησιν vehementiam ha-
beat, adesse ostendit τῆς βεβλαμψύνης ἐνεργείας, αἰχμα-
τεσις actionis præstantia; quæ astimanda est τῇ oīcīa idēa, ηγή
τῷ. ὅπλοφορδίων συμπλοκῶν τρόπῳ; ex propriâ ejus specie,
Eccidētium modō; si graviter lēdantur imaginatio circula-
ris motūs, visio, & locomotiva. Eadem etiam τῷ μέγεθῳ τῆς
Διερέσεως, ηγή πανορθεῖσαι magnitudinem ratione dispositionis
mortis indicant. Illustrant hanc notitiam examen causarum
naturalium. Nam major excessus præsumitus, si affectus non
sit conformis naturæ, ætati, temperamento. Sic magna verti-
go censendā in juvēne, quæ in sene parva aestimari posset. Non
naturales, ac præternaturales, ad hunc affectum disponentes,
prægressæ, quatenus vel imbecilliores, vel validiores sunt, ma-
gnitudinem aut paritatem indicant.

TEMPORA vertiginis indicant **ESSENTIALITER** in-
herentia, rotationis exigua imaginatio, seu levis spirituum
turbatio principium: vehementioris contra, ita, ut cum ægroto
omnia rotari videantur, statum notat.

SYMPTOMATA vehementiora vel mitiora, vel statum
vel principium adesse significant.

CAPUT XIV

signa loci affecti, absolute, &

ratione modi considerata, enarrat.

SIGNIS loci affecti diagnosticis, absolute consideratis,
mul-

multis opus non est, siquidem ipsa affectus essentia, prava
rotationis imaginatio, item alia symptomata facultatis anima-
lis simul concurrentia, caput affectum esse testantur. Modus
autem affectionis ut cognoscatur, pluribus opus est.

PER SE itaque cerebrum affectum ostendunt, **essentialiter inherentia**. Circumgyrationis prava imaginatio solet es-
se, vel frequens, levissimâ de causâ, nullâ aliâ partium corporis
affectione, quæ consensum cum cerebro habeat, vel tempore,
vel naturâ, vel causâ priore existente, invadens, vel continua.

EFFECTUS seu symptomata ipsius vertiginis, in essentia-
li non solum graviora & vehementiora, sed & alia, cerebrum
ipsum per se affectum indicantia, præcedere solent. Hæc or-
done ex Archigenie 3. de locis affectis cap. 8. delineavit Galenus
scribens: cum ex primaria cerebri affectione vertigo dependet,
aurium soni, & capitis dolores gravitatesque præcedunt, item ol-
factus vel alterius aliquujus sensus lesio.

SIMILITUDO hic quoque locum habet. Monachus
Franciscanus Alkmariæ annorum XXXIII, in templo sedens,
anno 1557, mense Iulii, tenebris vertigine correptus, in ter-
ram concidit, paroxysmus quartor dies duravit, levi de cau-
sâ rediit, in somno multa apparebant spectra. Hunc, capite
propriâ affectione laborante, vertigine correptum, concludit
Forestus observatione 45. lib. 10. Simile exemplum si contingat,
idem ferendum judicium.

PER CONSENCEUM caput affici, ipsius morbi, cum quo
jungitur, indicate potest **essentia**: hic namque si sit facile com-
municabilis, aut prior vertigine existat, ipsi cerebrum consenti-
te manifestum erit.

EFFECTUS certiora præbent signa. Symptomata partis
vertiginem excitantis, si primò appareant, aut ad horum ve-
hementiam, symptomata quoque vertiginis augeantur, ad eorū
vero remissionem aut cessationem, remittant aut penitus
aboleantur.

AB EXEUNTIBUS sive naturalibus, sive præternaturali-
bus, e. g. à menstruis vertigini supervenientibus, aut calculo
excreto, vertigo si cesset, cerebrum per consensum affectum
fuisse concludendum.

CAUSÆ vel juvantes, vel lâdentes prægressæ, hic quoque ut signa attendenda. Sic à pravis ingestis cibis, si vertigo oritur, caput consentire ventriculo, indicium est.

Ad **SIMILITUDINEM** quoque confugere possumus. Vir apud *Montanum consilio* 30. nullo alio totius corporis membro laborante, solùm capite affectioni hypochondriæ consentiente, in vertiginem incidit. Simile judicium de vertigine, huic vel alijs affectibus consentiente cerebro, ortum.

CAPUT XV

causarum signa explicat.

SIGNA CAUSARUM MEDIATARUM PROXIMARUM, vaporum tempe, in genere, sunt manifesta: in specie vero eadem determinaturi, mineras earum cognitas habeamus necesse est. Has ut inveniamus, tria proposuit Hipp. Aphor. 2. observanda: τὸν χάρειον, ἡλικίαν, καὶ νόσος ιδέαν, regionem, etiam, morbi ideam. Sed nimis generales sunt hi fontes. Ut propius ad rem accedamus, signa vaporis ascendentis à

SANGVINE quantitate peccante, erunt: res naturales, temperamentum totius singularumque partium, secundum proportionem geometricam temperatum, etas consistens, facies vitali rubidine perfusa, venæ turgentes. Non naturalis, victus laudabilis prægressus. Præternaturales, si aquæ sèpè morbis à sanguine dependentibus confictatus fuerit. An sic sanguis bilius, pituitosus aut melanocholicus, ex suis sanguis patebit.

A **PITUOSO** sanguine si eleventur, aderit naturale viscerum principaliorum temperamentum frigidum & humidum, etas puerilis vel senilis, color faciei pallidus, victus correspondens prægressus, somni indulgentia. Morbi temperamentum congrui prægressi, capitis gravitas, sensus stupiditas.

BILIOSUM in causâ esse humorem significant, temperamentum calidum & siccum, color faciei flavus, splendor circa oculos, usus calidiorum & sicciorum prægressus, morbi calidi sèpè

sèpè affligentes, "capitis dolores frequenter molesti: qualitas humoris biliosi ex domesticis petenda signis."

MELANCHOLICUS humor, si minoram præbeat, signa erunt, temperamentum ad frigiditatem & siccitatem inclinans, cum habitu corporis fusco conjunctum, victus temperaturæ huic congruus, aut in tali regione versatio prægressa, res præter naturam, sive morbi, sive symptomata, affligentes.

CAUSARUM REMOTIORUM signa, ex rebus naturalibus, non naturalibus & præternaturalibus petenda, ex antea dictis facile cognosci queunt.

CAPUT XVI

prognoseos fontem

aperit.

Περίλεξις τῶν συμβολῶν μελλόντων, predictio eventuum futurorum magni habita ab Hippocrate, ut librum suorum prognosticorum ab hâc exorsus fuerit sententiâ: τὸν ιητεῖον, δονέδιον, αἴγριον εἶναι, ταχύοντας θητεῖον, medicum, opinor, optimum esse, uti providentia. Nobilitat hæc medicum, i. ut censeatur πιλλών γανδόκεν τὰ τῶν νοσεόντων πεύγματα, magis agnoscere aegrorum res. 2. fiduciam ægri erga medicum firmat, ὅτε τολμῶν θητεῖπεν τὰς αὐθεώπις σφέας ἐαυτὰς τὸ ιητεῖον. Hinc audient homines se magis concedere medico. 3. τὰς δοτευνόμενὰς τε καὶ σωθησμένας περιγραφοῦσιν αὐτοῖς ἀντί τοῦ εἰν. Morituros, evanescurosque prænoscens ac prænuncians, culpā vacabit.

Τῶν μελλόντων δηλωτικῶν σημειῶν, εἰς ἄν δινάσκεια τὸ μέλλον, signa, ex quibus futurum cognoscitur, triplicia constituit diuinus Senex lib. 2. progn. Salutis & mortis, longitudinis & brevitatis, modi eventus.

Tης ὑγείας καὶ τῆς ιατρᾶς salutis & mortis prognostica signa proponit Galenus his verbis: ἐν τοῖς ἥδη νοσήσον, τὰ μεταγείσας δηλάσσου, τὰ τοῦ ιατρᾶ, in agrotantibus nonnulla salutem, nonnulla mortem promittunt. Inter haec duo ambigunt τὰ τοῦ ιατρᾶ νοσήματα, dubii morbi.

GE

GENERICIS ratione, *vertigo* nec simpliciter *lethalis*, nec *salutaris*, sed *condonatōs* ὅτι *v>* 80^o, *medius est affectus inter salutares & lethales*. Non omnino caret periculō, nec omnino funestī est judicī.

MAGNITUDO, essentiæ vertiginis accidentariè co-hærens quæcunque, tum *καὶ μέρον τὸ πεπονθότον πόσις, καὶ δίαιμα τῆς βεβλαυδύνης ὀνεγγέλιας*, si actio princeps valde la-datur, *ἢ Διαθέσεως, si magnus à naturali statu recessus,ἢ κακοησίας, si à gravibus dependeat causis, considerata periculum vertigine auget*: **PARVITAS** idem minuit. Sæpè *Φανερόν καὶ ὄψιν καὶ Φανερόν extēnā facie parva, ἔντος καὶ κατὰ διάβασιν magna*.

TEMPORIS ratione, **IMMINENS** facile avertitur, **PRÆSENS** difficulter, præcipue **IN VETERATA**, cum inveteratio cause morbisca principatum natura occupat, ut eo collapso, à privatione ad habitum impetrari regressus non queat, *duσθονθήσεις* & irrita est medicationis.

MOTUS velox, ita, ut status in momento adsit, periculosum notat affectum, eò quod agentis robur, patientis imbecillitas, exinde perspiciat.

CAPUT XVII

ex iis, quæ vertiginis essenti-am consequuntur, signa prognostica desumit.

SYMPTOMATA omnia si sint mitiora, salutem, si vehementiora, mortis periculum portendunt.

VITALES ACTIONES simul laesa, si scilicet adficit pulsus debilis, intermittens, vel alius præternaturalis; item

NATURALES in nutritione, coctione, vel appetitu, recte sece non habentes, nihil boni ominantur.

ANIMALES, cùm maximè in vertigine laedantur, secundum earundem laisionem salutis vel mortis præsigium instituendum. Pravæ imaginationi si consentiat ratio, atque deliri-

rium sequatur, in angusto salutis spes est, exemplo ille, quod Schenckius lib. 1. obser. 96. ex Hollerii observationibus descripsit. **MOTUS VOLUNTARIUS, VISIONIS**, aliorumque sensuum laisiones, summum vertiginis gradum constituant, & sæpiissimè *lethalis apoplexia vel epilepsia* sequitur. Docet id Galenus 1. aph. 17. lib. 3. inquietas: *vertigo proxima est epilepsiae & apoplexiae*. **RESPIRATIONIS** laiso mala, siquidem musculi pectorales, denegato spirituum animalium influxu, tam promptè moveri nequeunt; periculum instantis apoplexia quoque minatur.

EXCRETA, novum prædictionis fontem aperientia, attendi merentur.

URINÆ crudæ, aut alio modo vitiosæ, quæ magis à naturali recedunt statu, periculum, quæ magis verò naturali sunt similes, salutem pollicentur. **SUDORES** promptè elabentes, bonam promittunt spem, siquidem poris cutis apertis, fuligino-sa transpirare possunt excrementa. **Hæmorrhagia** narium bene sperare jubet, sæpè enim sedare solet vertiginem. **Vomitus**, capite ventriculo consentiente bonus, contra malus.

CAPUT XVIII ex causis mediatis proximis & remotioribus, desumenda signa prognostica explicat.

FLATUS, sicuti penetrabilitate, subtilitate, & tenuitate, omnes corporis partes invadunt, easque instar fulminis permeant, ita ab iisdem quantitate, vel qualitate, manifesta, vel occultâ, benigni scilicet aut maligni quatenus sunt, excedentibus, salutis vel mortis indicia sumenda.

Ex **NATURALIUM RERUM** censu petitorum signorum prognosticorum meminit Hipp. 2. aph. 34. *πῆσις, scribens, γάστριν οἷον καρδινοῦσσον, εἰσιν δὲ οἰκεῖα, τῆς Φύσις, ηλικίας καὶ τῆς ἔξι τῆς ηὐθύτης, ἢ μᾶλλον in morbis minus periclitantur, quorum natura & aetiæ & habitui congenere est magis morbus*. Applica-ti hæc

si hæc possunt vertigini. Illa si conformis his requisitis, leviorum promittit curationem. In juvēne à calidis vaporibus orata, promtiorem, in sene difficultorem recipit curationem. Vertigo in annum climactericum incidens, periculosa. Hæreditaria dispositio vertiginosa ut plurimum ad mortem comitatut.

NON NATURALES CALISÆ, ut aeris constitutio crassa, densis, tempore autunnali, vel etiam malignis inquinata vaporibus, vehementiorem reddit vertiginem, ideo quoque periculosiorum, & difficulter curabilium.

ASSUMTORUM, sive medicamenta sint, sive cibus, aut potus, usū, si vehementia vertiginis corrigatur, bonum salutis, si contra, malum signum. Quæ à motu extenso, nihil periculi conjunctum habet.

RES PRÆTER NATURAM si conjugantur, desperatam ferè salutis spem esse, ostendit Hippoc. i. coac. cap. i. t. 3. οἱ πυρετοὶ ἡλιαθέες καὶ ἀνδρῶν εἰλέων καὶ μετ' εἰλέων ὄλεθροι. Quæ à meatuum obstructione oritur, desperata.

SIMILITUDO signum salutis quoque præbet. Observarunt autores, quibus cum vertigine conjugitur visio tenuibricosa, motus voluntarii, impotentia, aut alterius alicujus sensus lesio, eos ut plurimum periculosè laborare: quale exemplum *Forester* lib. io. obf. 45. proponit. In simili casu tale quoque sit judicium.

CAPUT XIX.

de signis longitudinis & brevitatis agit.

LONGUM morbum notat caput propriâ passione laborans: totius circuitus ratione quodque longus dici potest.

BREVIS, respectu paroxysmi, flatulenta enim est affectio, cuius causa diu persistere non potest, nec tamen est morbus acutus, cuius esse non tam in vehementi motu, quam periculi magni, ratione ipsius affectus, qui acutus dicitur, conjunctione consistit. Symptoma cum vehementia, vel longum, vel brevem paroxysmum fore ostendit.

SUDORES CALIDI, item excreta per nares, os, aut palatum in principio exeuntia, facta sanguinis arteriosi depuratione, brevitatem promittunt.

CAUSARUM RATIONE, quæ à flatibus calidis, ex minerali calidâ elevatis, in astestate affligit, brevior. Contra, si frigidi humores vaporis effumantis causa sint, longior esse solet. Διπλάς δὲ συγχώνευσθεντας, semel enim à missionis modo regresso, subtiliores sanguinis partes non facile reconciliantur.

TEMPERAMENTUM calidum brevius, frigidum longius symptoma fore promittit. Maximas creant molestias, οἱ ἡ συγχέεται τὸν ἀλισσὸν, vertigines congenita, quæ enim à principiis primis naturæ inherent, in mancipatum æternæ possessionis veniunt. Οἱ δὲ συντροφοὶ, diæta virtus & extremorum proventu suffulta, ejusdem sunt nota.

ÆTAS senilis longiores, breviores juvenilis patitur paroxysmos.

NON NATURALES causæ juvantes vel lœdentes progressæ, item astrorum vicissitudines, longitudinem vel brevitatem quoque indicant.

CAPUT XX.

Modus eventus varius.

SOLUTIO vertiginis essentialis, per primigeniam affectionem generata, imprimis calida, interdum fit per aliqualem νέστων ἡ διπλασίαν, analogicè sic dictam, propriæ dicta enim in acutis febribus solùm locum habet, cum natura, superata causâ morbificâ, eandem sensibiliter vel insensibiliter expellit. Interdum, & ut plurimum, causâ calidâ præsente, terminatur. SOLUTIONE in aliud morbum, & quidem.

Per μεταστάσιν, ὅταν τῆς ωργής νέστη πανουργίη ἐτέ-
γεν γένεσι, cum à quiete priori morbi alter nascitur. Id duobus fieri potest modis.

Per Διαδοχὴν, quando causa vertiginis, cum successu felici, in ignobiliores partes & præcipue nares deponitur. Tā

*πνοτίδεα εξ δέχης αἰρυόποιν πνεύσ λύτρα, νερτίγο, οὐεινίσι αντι-
ειται, οὐεινίσι τολλιται. Τολλει ετιαν ποτε εινίσι εκαίσι
ααταν πριμιγενισι.*

*Per ΜΕΤΑΣΤΑΣΙΝ, οὐεινίσι φιτινέων εξ μοχθηρα, αβο-
νισι αδ πνεύσ, σαρεια μορβισια, εινισι εεστο excessu, αδ
πρινιοι spinalis medullar, vel membranae cerebri deponi-
ται; & in illo, preprimis cum viscida est, apoplexiā, in his epi-
lepsiam, cum vellicat, excitat.*

*Per ΕΠΙΓΕΝΕΣΙΝ terminatur vertigo, έταν Αλγει-
ναι, ορθετερες νοσηματικαι αρεσφύλαι ετερη. ή έταν τι αρ-
τερες μη πνουομαληνες ετερη γνεια, εινισι manente priori morbo
vertiginoso alter facieit: seu, quando priori non desinente alter
novo excitato somnito, adjicitur. Ita sape carus seu aliis affe-
ctus somniferus vertigini per intervalla conjungitur, nonnum-
quam epilepsia & vertigo se mutuis excipiunt vicissitudini-
bus.*

CAPUT XXI curationem inchoat.

*Της αντης ξωσεισ θει, inquit Hippocrates, libro de arte,
το ειδεια των νοσων τη αιτια, κατ το θεραπευτικην αντης ιδι-
ασις πατερης θεραπειηνον, αι παλιστη τη νοσηματικη μυστικη
νεθη. Eiusdem prudentia est, τιν morborum causas cognoscere,
τιν omnibus presidiū, qua morbos augeri prohibeant; eos cura-
re posse.*

Vana & irrita esset morborum causarumque cognitione,
nisi easdem, justa medendi methodo armati, profligare pos-
semus.

Vertigini, cum sit ε rebūs præternaturalibūs, οὐεινί-
σαι, merito debetur curatio, non obstante Hippocratici effato;
dicensis, νοσων Φύσεις ιντεροι, nature morborum medicatrices.
Operatur namque felicius, α medico si eidem auxiliatrices
porrigantur manus, nec eadem semper ad depellendam verti-
ginem sufficit, sed artis medicique opera accedit, necesse est
Debet vertigines relinquendae naturae, sape namque sola suffi-
ci-

cit ad eliminandum vertiginis impetum. In hoc casu medi-
camentis non tentanda, ne causa morbifica irritata, malum
exasperando, eam debilitet. Ita loquitur Plato in Timaeo. Τα
νοσηματικαι, οτι μη μεγάλες εχου κινδύνες, σπειρ εξεργίαιν Φρα-
γκειασ. Morbi nisi periculofissimi sint medicamentis non irri-
tandi. Gravibus vertiginibus, quas natura vincere nequit, ju-
stis succurrendum medicamentis. Tum natura & medicus
succenturiatam sibi invicem praestant operam, & medicus sa-
nitate, tanquam suo contrario in mente concepta, natura sue
currit, contra, quod medico impossibile, in eo negotiosam se
præbet natura. Nec incurabiles οὐεινίσι habentur, hanc cautelā,
ut medicus se muniat prognostico, intacti relinquendi.

Periculum instans, ex ipsius morbi vehementia, praesentiā
annī climacterici, aut directionibus thiematis naturalitatis infe-
licibus, præcognitum, ægrotō, sive sit prudens sive non, nequa-
quam amicis verò & cognatis, ne medicamentorum, quæ plu-
ribus profuerit, & hinc frustra adhibentur, metuenda calumnia,
omnino aperiendum: si verò contingat, ut ægrotus instantis
periculi cognitionem habeat, eximendus ex ejus animo timor-
rationibus, autoritate, observationibus, & exemplis.

CAPUT XXII media curandæ ver- tiginis tradit.

*Διο θει, scribit Philes phus 7. politicoram cap. 13. οισ
γινεται το εν πάσιν, τοι των δι θει εν μηδεν το τοι τοι σινοτη
κειθαι, κατ το θελαι τοι πειζειν οργως. εν δι ταις προσ το θελαι
Φρεγοις πειζεις οργοκεν. Duo sunt, in quibus omnibus
benè agendi consistit emendatio: unum, ut propositum ac finis a-
gendi recte subjaceat: aliud, ut eas que ad finem illum ferunt, a-
ffliones inveniamus. Duo quoque sunt, in quibus vertiginis bo-
nia emendatio & curatio consistit: Primum το θελαι finis, & est
sanitas, hanc medicus, in mente designata, ceu contra-
rium, concepit: Secundum est, προς το θελαι Φρεγοις ταις*

medicis & cōjunctis, ad finem ferentes operationes invenire. Hae operationes, auxilia & instrumenta, quā optimè inveniuntur per indicationes. Medium itaque, & totius curationis fundatum, consistit in methodo medendi, quæ eruit hæc auxilia & instrumenta per indicationes, & indicatorum eligit, vñlo materialis.

Causa curationis *principalis*, sine quā medicus vel patrum vel nihil agere potest, est natura, minus *principalis*, medicus, removet hic per causam instrumentalem seu præsidiorum, materias obstacula, quæ naturam in agendo interturbant.

CAPUT XXIII

methodum curandi, obser- vatis indicationibus, & quidem curatoriā & præservatoriā, earumque fon- tes monstrat.

Methodus medendi *duplex*, universalis, universalia trādens theorematā, particularis, quæ universalia theorematā applicat ad rem præter naturam præsentem.

UNIVERSALIS nititur indicationibus, quæ sunt cōdē-
xis, ostensiones seu monstratiōnes, & ceu mercuriales in bīviis
aut triviiis posita statu, quæ viatori quā eundum erat, mon-
strabant. *Εὐδεῖξις*, īquit Galenus lib. de optimâ sedâ, cap. II.
Ἐτι δεῖγματά του παταληψία τού ὀφελήσθαι ἄμα τῇ τού θελ-
θινού παταληψίᾳ, τούτῳ τῆς πτηχῆς τού καὶ ἀναλογισμοῦ. *Est*
perceptionis juvantis, cum comprehensiōne nocentis, cīrā experienti-
am & analogismū. Nititur hæc suis fontibus: generalissimi
duo sunt, res secundām naturam, quæ conservationem, præter
naturam, quæ ablationem indicant. Tria sunt, quæ nobis na-
turaliter vel præternaturaliter insunt: naturaliter, sanitas, cau-
sa sanitatis, & actiones: præternaturaliter, morbus, causa, &
symptomata, ex his tres quoque indicationes petuntur.

I. **ΘΡΑΠΕΥΤΙΚΗ CURATORIA**, symptomata,
quod

quod urget, vertiginem nempe, auferendum monet, non solum
prout obtinet rationem causæ vires prosterrentis, sed etiam
ratione sui.

PRAESERVATORIA causas vertiginis respicit; *Η μὲν*
ἀπλὴ τοῦ φυλακῆ, PURA causas, nondum vertiginem actu ex-
citantes, eliminat. *Η δὲ μεμιγμένη τοῦ ταραχῶν γρός*, MI-
STA CURATIONI, dirigitur ad causam actu facientem ver-
tiginem. Immediata causa nullam utilem indicationem præ-
bet, non enim indicatum directe sibi respondens habet.

IN SPECIE PRAESERVATORIA indicatio tantum ab
iis, secundum Galenū 4. method. med. cap. 3. quæ corpori in-
sunt, causis perit: externa nihil, nisi ut signa, indicant. Sunt
autem vel solidæ vel humide.

SOLIDÆ, ut tartarea & lapidosa concrementa, sive extra
cerebrum, sive in cerebro existentia, vertiginemque causantia,
ἀφαίρεσιν, vel si hæc impossibilis, *μεταβολὴν* indicant.

LIQVIDÆ sunt humores vel alimentares, vel excre-
mentū.

ΤΩΝ ΠΟΣΩΝ QVANTITATE peccantes humores, ad
justam mensuram vacuationem, in constitutione plethorica
per sanguinis missionem, in cacochymericā verò, per purgatio-
nem, sive fiat per alvum, urinam aut cutis spiracula, postulant.
Venā apertā cacochymericus quoque evacuari potest humor.

TERMINUS utriusque est status naturalis, quod major,
namque humorum abundantia, eo major quoque indicatur
vacatio.

MODUS duplex, vel *αὐθεντικός*, vel per *ἐπικρέσιον*.

ΤΩΝ ΠΟΙΩΝ QUALITATE tñgibili primâ peccantes, al-
terantia, eo gradu, quo excedit qualitas, contraria indicant.
Secundâ, quatenus tenues, incrassationem, quatenus crassi, at-
tenuationem: occulta, alexipharmacæ suadent.

Hæc qualitates cū à materia dependeant, sola alteratio
int̄erdum non sufficit, sed congregatio per *πεπασμὸν* insuper
accedit, necesse est.

ΤΩΝ ΝΟΤΩΝ SECUNDUM ubi seu *κίνησις*, motu deprava-
tio prætimis in vertigine peccant.

Hi 1. ratione sui, à missione modo, per *Αρχαίενον* aggregationem, turgentiam, & fermentationem secessum facientes, ad priorem unionem & concordiam reducentia & præcipitantia:

2. ratione termini à quo lenientia, retinentia & anodyna, sensum partis irritatæ sipientia, indicant.

CHIMICORUM PRINCIPIA confederationis leges rumpant, atque immoderatus luxurient, similibus demulcenda, & ut in centris suis retineantur, opera danda, expultrixque sponienda.

ACOR Helmontianus attemperandus. Archæus iratus sponendum.

3. Termini ad quem ratione, impetus ille suadet AVER-TENS. Αποτέλεσμα, inquit Galen. 3. metb. med. cap. 3. καὶ διασπόφεστὸς ἡ αἷμα τοῖς ἔπειρος μέσον παρεχεῖ. Οὐδὲ τὸ καὶ αὐλαῖον. Averitur sanguis atque ad alia membra converteritur, tum DERIVATUS, tum REVULSUS.

REVULSIO competit humoribus, quatenus partem affectam nondum attrigere, sed adhuc sunt in via.

MODIS revulsio fit quatuor: 1. ratione caloris, 2. vi doloris, 3. vacui fugâ, 4. à facultate irritatâ.

DERIVATIO humorès, jam qui influxere, & in parte affectâ harentes, nondum tamen extravasatos, ad vicinas allicit partes.

REPULSIO, quæ humores, in partis vasis contentos, repellit, tertium est auxilium humoris motu peccantis; prohibet interdum, ne materia fluens recipiatur in cerebro, influenza exterminat.

INTERCEPTIO humoribus, qui in via sunt, competit, & est quartum indicatum motus humorum in vertigine depravati.

CAPUT XXIV de symptomatibus urgentibus.

DOLOR

DOLOR CAPITIS & oculorum vehemens jubet medicum τὸ σύμπτωμα σῆναι, adversus symptoma stare. Dolor indicat anodyna. Propriè dicta sunt παρεγγέλμα mitigativa, quæ sensus suavitatem inducant. Impropiè dicta sunt vel λόγῳ sanantia, quæ causam auferunt, vel ναγκωλικά, quæ tollunt dolorem 1. inducendo somnum, 2. auferendo sensum.

VIGILIAE talia, quæ suaves αναθυμίσεις ad cerebrum mittunt, sensusque ad quietem & somnum invitant, indicant.

CAPUT XXV. Vitalis indicatio.

T Ante estimationis est, ut Galenus 9. metb. med. cap. 13. de eadem in hac erumpat verba: πεπτός πλὴν αἰτίας οὐκ πότες, οὐ τῆς διωδευτικῆς, prima omnium indicatio est, quæ sumitur à viribus.

οὐδὲ εἴη εὔρεσις η̄ σώματος ἐνδείξεις, non in indivisiibili, sed in tribus, consitit vitalis indicatio.

PRIMA desumitur à naturali capititis & cerebri constitutione. 1. quoad temperiem, hæc à συμμετρίᾳ singulari deflexens, evadit indicans curatorium, & alterans contrarium expectat remedium. 2. conformatio naturalis quocunque modo si accedat error, per indications ab eodem desumtas corrigendus. 3. Unitas custodiam sui flagitat.

SECUnda desumitur à naturis constitutionis causâ, quæ sunt humorès, secundum crassiorem & subtiliorem partem, quæ spiritus vocatur: horum substantia, indicat cibos solidiores & liquidiores, ἀργός καὶ ταχέως nutritives: quantitas à jacturâ majori vel minori desumitur: qualitas simile indicat proportionatum: motus similem statum imperat.

TERTIA ab accidentibus naturalis constitutione. Duo illa sunt, actio, & omne exiens naturale. Ultraque indicant φυλακή καὶ πλείων, custodiam & perfectionem, ad quam, ut expediantur iugantes, καὶ τὸ ζεῦσμον καὶ ἀληπτὸν, οὐευπο-

E DISWS,

*distracte, integrè, utiliter & suaviter, constanter & perseveranter, res
quiritur.*

Vires conservant quoque assumenda & excernenda, secun-
dum quantitatem, qualitatem, modum & tempus rectè sese ha-
bentia.

CAPUT XXVI.

Triga indicationum nititur

suis axiomatibus. Ultimum est, curatio-
nem fieri per contraria.

Dilabus triga hæc indicationum in vertigine propositioni-
bus & axiomatibus firmis ac immobilibus fundatur. 1. O-
mne, quod indicat, sui indicat conservationem vel ablationem.
quod secundum naturam, conservandum, quod præter naturam
tollendum. 2. Contraria contrariis curuntur: Similia similibus
conservantur.

Curationem vertiginis, ut jam ex propositis axiomati-
bus, & quidem ultimò percepimus, secundum methodum me-
dendi fieri per contraria debere, patet.

Hæc, cùm non exercetur in universalibus, sed singulari-
bus, ideo non sufficit ab essentiâ & idea morbi perita contra-
rietas, sed accidentium morbi, secundum magnitudinem, mo-
rem & motum, quatenus vertigo & causa & symptomata ejus
sunt magna vel parva, benigna vel maligna, celeris vel tardi-
motus, contrarietas observanda.

Nec hæc satisfaciunt curationi methodicæ, sed propor-
tio æqualitatis in gradu, qua mensuratur ad normam morbi
& temperamenti individualis, etiam ut adsit, necesse est. Pe-
titur hæc, non à contrario SIMPLICITER sic DICTO, quod
morbū respicit, à quo reverè indicationes petuntur, sed à
contrario μεγάθης SIMILI, quod respicit temperamentum
naturale ante morbum.

Contrarietas ratione symptomatis in vertigine, & causa-
rum morbosarum efficientium, & conjunctorum aliorum sym-
pto-

ptomatum, duplex est, una respicit ea quatenus talia, altera rō mō-
tor, gradum excessus. Remedium non solum decet esse contrari-
um & quale oportet, sed etiam ratione τοῦ πόσος, αὐτορογον
τοῦ μεγέθη τῆς ὀνειρογονίας, proportionale ingredi qualitatā.

Contrarium est vel ἡμερογον vel οὐρανογον; οὐρανογον,
æquale contrarium omne fert punctum, respectu cerebri seu
partis laborantis locum habet. SIMILIS contrarietas ra-
tione temperamenti etiam attendenda.

CAPUT XXVII.

rectam administrationem

indicationum, omniaque citò, tutò &
jucundè fieri debere, pro-
ponit;

Indicationes si quasi initâ conspiratione ad unum inclinent
in vertigine, protinus ad indicatum progrediendum: dis-
sentientibus verò quasi animis si inter se pugnant, ad τὸ ἐπει-
γον, id quod magis urget, seu ex quo majus vitæ periculum im-
minet, accessus faciendus. Nec tamen illotis, ut ajunt, mani-
bus hæc tractanda, & indicata ad indicantia inconsideratè ap-
plicanda, sed omnibus viribus nitendum, ut, quantum quidem
possibile, CITO fiat curatio, ne molestissimâ procrastinatio-
ne tædioso jacentur ægroti desiderio; prospiciendum tamen, ne
celeritate nimium securitati minimum indulgeamus. JUCUN-
DITAS in medicamentis & aliis circa ægrotum rebus si obser-
vetur, laudibus ad astra tollit medicos. TUTA curatio, me-
dicum ab omni suspitione liberum laudibus affici jubet:
nec tamen in extremo periculo, à remediis generosioribus
periculo junditis, abstinere debemus, quin dubia salus certâ
desperatione potior. Helmontiane in vertigine medendi me-
thodo subscribere nos non possumus, siquidem archæo irato,
atque duumviratus juri tantum tribui nequit.

CAPUT XXVIII.

Materiæ præsidiorum in a-
ctu curationis in specie, ex fonte chi-
rurgico deponuntur.

Materiæ, inanimatæ curationis causæ, sunt indicata & in-
strumenta utilia, quibus rectè & prudenter administratis,
deperdita hominis sanitas in integrum restitui potest. De-
sumuntur hæc non ex cistis aureo argenteoque splendore mi-
cantibus, sed ex tribus usitatis fontibus, chirurgico, pharma-
ceutico & diætætico. Inventio horum consistit ēt rū. ēn.
Administratio ēt rū. dñi.

FONS CHIRURGICUS primùm occurrens, sanguinem
sensibiliter in vertigine educit per venæ sectionem, & palmam,
reliquis omnibus auxiliis chirurgicis præterit. ιχυεὶν καὶ
πύρα βοηθημα ḍὲ, δόσιν τὸν τὸν ἀρρενωτάτων, potens &
magnum est auxilium, non minus efficacissimæ remediis. Com-
mendat hanc in vertigine *Aricensis*, hoc effato: phleboto-
nia est optima in curatione omnium specierum vertiginis
materialium: suadet eandem in invasione seu paroxysmo,
contra eos, spiritus & humores in depravatum motum agita-
tos, magis exin agitari turbatique qui scribunt, in arenam de-
scendit *Alexander Massaria lib. i. cap. 10. de vertigine.*

INVENTIO, quæ consistit ēt καταλήψῃ τῇ ὄφελᾷ, οὐ
τικῇ τῇ βλάπτον, in perceptione juvantis & nocentis, con-
cernit τῷ ὅπῃ, péritürque ab indicantis essentiā. Indicatur
venæ sectio ὡς ὄφελη, non propriè loquendo, quod uni indi-
canti in vertigine satisfaciat, sed est materia variorum: modò e-
xim sanguinem quantitate in vertiginosis peccantem immi-
niuit, & tunc est remedium evacuatorium: qualitatem si respi-
ciat, vel τῇ ubi, refrigeratorium aut revulsorium & derivatori-
um. Quodcumque autem sit vitium, cui debetur venæ sectio,
τὸν τῆς πληγαρίης συνδεῖν, η πληγαρία, oriundum esse debet.
η φλεβοθεῖα κοινὸν βοηθημα ḍὲ, inquit Galen. 2. apior. 47. τὸν
πληγαρίαν νοσημάτων, commune est ad plethoraicū remedium.

Pec.

Peccat autem sanguis in hoc affectu, non ut causa principalis,
sed ut causa foyens vaporum mineras, quæ præsente, ipsa ver-
tigo debellari nequit: peccat quoque ut causa sine quæ non,
dum impuritatibus, scoriis, & partibus heterogeniis, proximè
ad cacochytiā accedentibus scatet: minoratā igitur pleni-
tudine impeditur quantitas, qualitatisque vitium, & τῆς ζετο-
ζεγασμοῦ, καὶ Διαχωρίσεως ab invicem, & à centro motus.

Ab his indicatur nobilissimum & magnum venæ sectio-
nis remedium. Cùm autem non omnia indicantia semper con-
cordi animo conspirent, sed interdum inter se pugnant, videbi-
mus, quæ in hoc vel illo vertiginoso hoc auxilium admittant,
quæ non.

PERMITTENTIA sunt virium robur, de præsenti & de
futuro consideratum, & designatum.

REBUS NATURALIBUS, 1. temperamento quoad pro-
portionem geometricam convenientem, calido scilicet ac hu-
mido; calidiusculum, tantum abest quod eam prohibeat, quin-
potius indicet. 2. *Habitus corporis* & *exilio* caute consideran-
dus, mentitur namque sèpè externus color, corpus optimi
Habitus representans, quod tamen cachecticum. 3. *Ab etate*
florecente etiam permittitur. Excluditur itaque puerilis, ut & fe-
nialis, quod in iis vires sint debilitates. In senili etate, *ex mente*
Galen de curandi ratione per sanguinis missionem cap. 13. & θερα-
πεις, ἐν τῷ θεραπευτῷ μόνον, κατάπτεται εἰς τοὺς θεραπεῖχταν, αὐτὰ τῇ
τῷ οὐρανῷ ἔξε. Καὶ γέ εἶναι τούτα τινες, σύκετη φέρεται φλε-
βοθεῖα, εἴδομεν τούτα τὰ φέρεται. Non numero annorum
solummodo animum advertes, quod quidam faciunt, sed & corpo-
ris habitu. Nam sunt, qui sexagesimo etatis anno venæ sectionem
non ferunt, cum quidam, qui septuaginta nati sunt annos, perseverant:
Idiosyncrasia quoque attendenda, singularis proprietatis in-
quibusdam omnem sanguinis missionem fert, in quibusdam,
ne minimam: consuetudo, & sexus uterque hanc concedunt,
in sequiori tamen, imprimis in prægantibus, aut parturienti-
bus, ubi urget, cum cautione administranda.

RES NON NATURALES. Anni tempus, curationis gra-
tia instituenda venæ sectioni, quodvis aptum, curiositates,

E 3

cir-

circa influxus astrales, magis locum habent in curatione p̄m. servatoriâ, quâm curatoriâ.

RES PRÆTER NATURAM vertigini si jungantur, ex earundem naturâ, an admittant venæ sectionem, perspicendum.

PROHIBENT VENÆ SECTIONEM vires debiles, à rebus naturalibus, temperamento, habitu corporis, aetate, idiosyncrasia, consuetudine & sexu, item rebus non naturalibus, & præternaturalibus, e.g. evacuationibus nimiis, item dolore ingenti, quatenus causæ vires prosterrentis rationem obtinent, indicatæ.

C A P U T XXIX

rectum venæ sectionis in vertigine administrationis usum, quoad quantitatem continuam & discre- tam considerat.

R Ecta administratio concernens nō p̄m̄s, observare ju-
bet.

QVANTITATEM CONTINUAM, quæ secundum Gā-
lenum de curandi ratione per sanguinis missionem, determinata
difficilis, in genere concernit gradus τῆς πληθωρῆς οὐνθε-
ψης. In specie limitant hanc quantitatem, petitatam à plethora
gradu, permittentia & prohibentia.

QVANTITATIS CONTINUA in vertigine mensura
evacuanda peti potest δῶν' τὴν ράμην, ἢ γὰρ διωνόμην τὸ κάμπον. Cō-
à robore & viribus agrotanis. Hæ fortes si existant, largiorem
simil & semel factam eductionem sanguinis in vertigine ad-
mittunt; si sint imbecilliores, minor quoque quantitas impe-
randa, ne eadem penitus prosternantur.

Petuntur virium sive fortiorum, sive imbecillium signa,,
continuam discretamque sanguinis mittendi quantitatem de-
signantia, à rebus naturalibus, quatenus aedit temperamen-
tum, constitutioni agrotantis convenientia, calidum & humi-
dum,

dum, vel minus conveniens & à naturali syncrasia deflectens;
item quatenus corpus floridum aut cachecticum: à rebus non
naturalibus & præternaturalibus. Sanguinis effluentis muta-
tionem nonnulli exspectant, secundum eandemque quantita-
tis mensuram determinant. Verum fallax est hoc indicium.

Secundum ÆTATEM & SEXUM quantitas quoque li-
mitanda. R E G I O N E M calidam inhabitantes largâ manu
factam sanguinis missionem perferunt quidem, minus tamen
æquiori animo meridiei vicini, quâm mediis climatis, in-
coleat.

D I S C R E T A M Q V A N T I T A T E M observare jubent vi-
res debiles. Magna tamen quantitas sanguinis evacuanda, ita,,
quod in continuâ quantitate omittitur, recompensat discreta,
per intervalla celebratâ venæ sectione, quantitas.

C A P U T XXX.

Tempus & locus venæ sectionis.

T E M P L I S commodum in actu curationis potest ipsa pa-
roxylim esse invasio. Non est, quod timeamus contur-
bationem sanguinis spirituumque, potius vaporum tumultu-
antium impetus inhibetur, dum avocantur à capite humores
flatum vehiculum. Est ἡγεμονία auxiliaria venæ sectio, quod
etiam, non priùs purgato corpore applicari potest. Primæ via
tamen, si excrementorum farragine scateant, laxativum quad-
dam medicamentum, vel ote assumendum, vel per clysterem,
injiciendum, præmitti potest. Particulare tempus commodius
erit, ubi vertiginis exacerbatio paulisper remittit.

L O C U S. Quantitatis evacuandæ gratiâ instituta venæ
sectio, in omnibus totius corporis partibus celebrari potest.
Commodissimè ea tamen sit in brachiis, in quibus basilica, me-
diana, & cephalica, cui singulare quid in affectionibus capitis
tribuunt nonnulli, apparent. Verum

Ele-

Electio *cephalica* in affectibus cerebri, pre medianâ aue hepaticâ nullam obtinet praerogativam.

Nullam aliam praestant utilitatem hae depletiones, quâ quod impetum ad cor fluentis, adeoque ex corde per arterias adscendentis sanguinis retardent. Hoc verò commodum levius est momenti, quia majori impetu sanguis sequens trudit antecedentem, relaxatis vinculis.

PROPINQUIORES narium vel frontis venæ, ferro vel sanguisugis apertæ sublevare in eodem naturam possunt, cod quod ex minutis arteriolis simul aliquid evacuetur.

In vertigine à Lunaris debiti vel lochiorum retentione, dependente, saphenâ malleolari apertâ, leve levamen expetandum & vix effatu dignum, inventâ circulatione, & non nisi generale, quatenus confert ad deplectionem sanguinis in toto.

MODUS, ante, in, & post venæ sectionem, tandem observandus. *Ante operationem*, vertiginosus si sit jejunus & imbecillis, iusculum, julepus, aut bucca panis viro intincta, ad roborandum ventriculum, praemittenda, ne à venæ sectione debilitatus nimium, inconcoquendo deficiens, cruditates flatuque affectum exasperantes, generet. *In ipsa administratione*, ligatio observanda, debitoque tempore, apertâ nimirum venâ, referanda: vires si deficiant, confortantibus resciendæ, animus que ægrotanti, de sperato eventu, addendus: foramen secundum crassitatem vel tenuitatem sanguinis vel majus, vel minus incidentum. Post operationem, vultus legitimo claudendum medo, brachiumque, vel pars, in quâ vena secta, in mediâ detinenda figurâ. Aliquo temporis à venæ sectione intervallo, deficientibus viribus, confortans medicamentum ægrotanti porrigi potest.

CAPUT XXXI arteriotomiam ex- plicat.

Hec in vertigine inveterata sacrum est auxilium. Com-

mendat eam Galenus de curandi ratione per sanguinis missione, cap. 22. in temporibus, oculis fluxione calidâ & spirituosa tentatis: post autes verò in vertiginosis & aliis. Et 3. de loc. aff. cap. 8. refert, quibusdam vertiginosis auxilio fuisse arteriotomiam. Nobilissimus Rofincius experientiâ compertum habet, prope tempora exilem arteriam sectam, in vertigine levamen, tulisse notabile. Cùm verò arteriæ internæ per plexum retiformem ad cerebrum ascendant, per easdemque sape vapidus sanguis transmittatur, non semper ab exterioribus arteriis sectis, idem expectandus eventus.

Indicantium, permittentium, contraindicantium & prohibentium eadem ratio, ac in sanguinis missione ex venâ.

CAPUT XXXII de materiis chirurgicis, sensibiliter evacuantibus sanguinem ex arteriâ & venâ simul agit.

SCARIFICATIO CUM CUCURBITULA talis praefidi est materia. Convenit in plethorâ mediocri, viribus imbecillioribus existentibus, venæ sectionemque prohibentibus. Particularis ejus usus in vertigine celebris est. Occipitio applicata, vel etiam proximioribus partibus aut remotioribus, tam sanguinem venosum & arteriosum, quâm alias humores, impetuoso impetu in cerebrum irruentes, evacuat, derivat, revellitque.

SINE CUCURBITULA quæ fit, in evacuandis, derivandis revellendisque humoribus, suum addere θηιβαλλον μέρος ab antiquitate creditum.

LOCUS, totius evacuandi gratiâ si instituatur scarificatio, sive fiat cum, sive sine cucurbitulâ, quivis aptus, convenientior tamen dorsum, scapulæ & brachia. Particulare commodum in vertigine, & quidem evacuatorium, expectatur ab eâ, quæ fit in ipso capite ejusque partibus, derivatorium, quæ in proximioribus, revulforum, quæ in remotioribus ex oppo-

sito, observata rectitudine, sitis partibus, celebratur. Τὰ γέλη
κατεργάζομεν, καθαλήσ πεντοφέλαις, scribit Galenus de hirudin.
revuls. cucurb. scarif. cap. 4. Crura scarificamus affecto capite.
Scarificationem, quæ sit inter pollicem & indicem, peculiare
remedium esse in vertigine, scribit Platerus.

Noxia quæ judicantur, sèpè ad sanitatem conferre, testes
sunt HIRUDINES. Has olim tanquam sanitati intensissi-
mos hostes, cane pejus & angue fugiebant, nunc verò celebris
in multis affectibus carum existit usus. Qualis sit in vertigine,
sicco pede vetustas non præterit. Evacuant non solum,
sed & derivant, remotioribusque à capite partibus revulsorii
remedii nomine applicantur: ab hæmorrhoidum obstructione
si foveatur vertigo, venæ iisdem aperiri queunt.

CAPUT XXXIII.

Succum à sanguine diver- sum sensibiliter in vertigine eva- cuantia.

C A U T E R I S A T I O , primo inter sensibiliter succum à
sanguine diversum evacuantia ponitur loco. Duplex est
cauterium, unum quod parti affectæ, alterum quod sanx ap-
plicatur.

P A R T I A F F E C T Æ seu capitii quæ inuruntur, magnæ
esse utilitatis & efficaciam, testatur excellentissimus Praes in ordi-
ne & methodo medicinae specialis commentator, scribens: in af-
fectibus capitii, vertigine, melancholiâ præsentissimo fuit re-
medio capitii inustio: discutit hæc, evacuat, & resolvit.

I N V E N T I O concernit nō ḥn an, petiturque à præsentia
humoris in capite & cerebro impacti. P E R M I T T I T U R
à viribus robustioribus in astate floridâ.

MATERIA eorum potest esse aurum aut æs, optimè fit
per ferrum ignitum.

L O C U S est capitii pars capillata.

P A R -

P A R T I S A N X E C A U T E R I A applicandæ, F O N T I C U-
L I vulgo dicuntur, & in quibusdam, desperatâ obstinataque
vertigine laborantibus, ultimum sunt refugium, nec sine spe-
rato abeunt fructu, eò quod materiam serosam ichorosamque
revellunt & evacuant.

I N V E N T I O, nō ḥn concernens, petitur à præsentia hu-
morū ad motum in procinctu stantum, qui non confertim,
sed sensim factam evacuationem desiderant. P E R M I T-
T U N T omnis ætas, temperatura quoque omnis & sexus.

M A T E R I A duplex est secundum duplēm excitandæ
fonticuli modum: vel enim actuali vel potentiali caustico ex-
citatur: actualis materia est utplurimum ferrum candens:
potentialis humor corrosivus carnemque erodens, qualis bu-
tyrum ḥni dextrè adhibitum.

T E M P O R I S U N I V E R S A L I S ratione, quodlibet anni a-
ptum existit; P A R T I C U L A R I S verò id, cui evacuatio, qua-
cunque indicata fuerit, solennis processit.

S E T A C E U M, duplex fonticulus, retro aures, aut in nucha
applicatum, humores vaporesque peccantes evacuat in verti-
ginosis.

L O C U S conveniens est in cervice.

V E S I C A N T I A sicco non prætereunda pede, ipsis nam-
que capitis partibus, vel etiam proximioribus, aut remotiori-
bus applicata, remedium in vertigine sunt vel evacuatorium,
derivatorium, vel revulsorium.

M A T E R I A nostro hoc seculo sunt utplurimum cantha-
rides legitimo modo correctæ, nisi enim justam experiantur
correctionem, vis eorum maligna sèpè experitur, formula ta-
lis esse potest

g. cantharid. abjectis alijs & capitibus 3ij.
euphorbi, sém. ammeos, sinapi conquassas. a. 3ij.
fermenti acris q. s. S. V. q. s.

M. F. Massa G. Glasenegger Ecig.

L O C U S pro intentione variat.

E

G

CAPUT XXXIV.

De materiis insensibili- ter evacuantibus.

CUCURBITULÆ SICCAE, capitis partibus vel etiam aliis applicatae, sylvestres vapores, impetuoso motu cerebrum irruentes attrahunt, humorosasque partes revellunt, & ita evacuant, non quidem propriè, sed tantum metaphoricè, quatenus materiam peccantem à parte affectâ ad aliam, & ad circumferentiam trahunt.

LOCUS. Si evacuari à capite velimus derivando, proximiores, si revellendo, remotiores eligendæ sunt partes.

RUBIFICATIO item **PICATIO**, quod ratione doloris & caloris, materiam à capite ad remotiores partes trahunt, locum in vertigine habent.

FRICIONES, cutis spiracula aperiendo fuliginosam flatuosamque materiam, spiritibus animalibus infestam, evanquantes, vertiginosis solatio sunt. *Αἱ τρίψεις, verba sunt Aristotelis problemate 3. sectione 38. οὐργῶσιν ἔνπνυν καὶ δέσασι πνοὴν τὸν σώματα καὶ καλύπτουσσί τοις στομάσις γίνεσθαι καὶ τὸ σώμα, frictions augent carnem, eandem laxiorem & perspirabiliorē reddunt, quod minus inutiles in corpore coitiones coacerventur.*

PECTINATIO flatus discutit porosque capitis appetit.

LIGATURÆ in partibus factæ, non tam ratione doloris attrahunt humores, quam ratione compressionis venarum, sanguinis impetum intercipiunt, & ita vertiginosis succurrunt.

CAPUT XXXV

fontem pharmaceuti- cum aperit.

Tria respicit fons pharmaceuticus, materiam vitiosam generatam, causam generantem, symptomatumque mitigationem.

MA-

MATERIA GENERATA sunt *οἱ χυμοὶ καὶ ποιητικὲ μοχῆνες*, humores peccantes qualitate, adeoque corruptione quādam, quæ nullā ἐπανορθώσι ad viam reduci potest. Salinæ, sulphureæ & mercuriales atomi, urgentes & fermentantes, vel *τὸν τῆς μίξεως καὶ κρύσταλλον* τρέποντες à missione confederatione discedentes, adeoque bellum mutuum sibi invicem indicentes, quoque adnumerandæ. Hi humores, *χανοχυμοὶ* vulgo dicti, in vertigine si peccent, sui exturbationem è corpore per evacuantia desiderant. Illa, tenore veteris doctrina, secundū tres corporis regiones, triplicia statuuntur:

1. *ἐγκροτωλικὰ* fieri conaria, benedicta, lenientia, primam publicam ad cavam epatis se extendentem regionem evacuant:
2. ad artus quæ pertingunt, purgantia mitiora: ultimam regionem, quæ evacuant, purgantia validiora, quæ ὀλικῶς, *αὐθεῖτις*, simul semel & eradicativè operationem suam perficiunt, appellantur.

Permittunt in vertigine purgantia vires, tum animales, tum vitales, & sub harum mensurâ ætas: in sexu sequiori cum cautione, præprimis in prægnantibus, exhibenda.

RECTA ADMINISTRATIO, ratione quantitatis, moderanda secundū mensuram τῆς δυνάμεως: τὰ χωρέοντα, μὴ τὰ πλήθε τεκμαίσεσθ, ἀλλ' ὡς ἄν τι χωρέη, οἷα δὲς καὶ Φέρδης Φόρεως, inquit divinus Senex apb. 23. lib. 1. Excretiones non à copiâ aut numero humorum metiri oportet, sed prout, qualia decet, feruntur, & agri ferunt ex facili. In quibusdam sufficiunt lenientia, in quibusdam vix validiora respondent.

TEMPUS purgationi aptum est principium morbi. *Ἐγχορδῶν τὸν νόσον*, scribit Hipp. 2. apb. 29. ἢν τι δοκέηται νίκη, incipientibus morbis, si quid movendum videatur, move. Hoc tempore neglecto in paroxysmo etiam materia evacuari potest.

LOCUM in genere determinavit Hipp. apb. 23. lib. 1. ἀλλ' ἀγεν, ἐκεὶνος μαλιστὶ ἀπειποῦση ἀλλ' τὸν ξυμφερόντων χωρέων, que ducenda sunt, εἰ δucenda, quo maximè natum viam affectat, per loca legi natura commoda. Hæc lex magni-

Coi, in vertigine quoque observanda, materiaque peccans, secundum vergentiam, vel $\alpha\omega$ vel $\kappa\alpha\tau\omega$, ducenda.

